





14.

IVVENIS <sup>CVM</sup> GENEROSVS  
AC  
VARIA ITIDEM ERVDITIONE ATQVE VIRTVTIE ORNATVS  
**IOANNES IACOBVS**  
**EISENREICH**  
NOBILIS HVNGARVS  
AVGVSTISSIMI ET INVICTISSIMI IMPE-  
RATORIS ROMANI DOMINI  
DOMINI  
**CAROLI VI.**  
DOMINI LONGE INDVLGENTISSIMI  
FILIO ATQVE HAEREDI FORTVNATISSIMO  
**LEOPOLDO**  
ARCHIDVCI AVSTRIAEC  
PRINCIPI ASTVRIAEC  
FULGENTISSIMO  
DEMISSISSIMA ORATIONE  
EAQVE LATINA  
FAVSTA ET ILLVSTRIA OMNIA ESSET APPRECATUS  
PROBARVNT ORATORIS  
LAVDABILEM  
AFFECTVM ATQVE OPERAM  
**PRO·RECTOR**  
ET  
**PROFESSORES FRIDERICIANAE.**  
HALAE MAGDEBURGICAE  
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typ.



JOVANNES IACOBAS  
HERBENRICHS  
CAROLI IV.  
FEDO PODOBO  
PRO RICARDI  
TROESSORIS ERIBRUNDINAE





## æ tu rationem

ADOLESCENS NOBILISSIME,  
tui indicandi & publice ostendendi percommode iniuisti. Nam cum sis ex ea ciuitate ad nos profectus , vbi augustissimus CAESAR sedem imperii sui constituit ; non poteras certe affectum & animi demississimi venerationem in DOMINVM tuum longe indulgentissimum testari luculentius,quam suscepta a te opera. Notum quippe est, quam magno & æquabili plausu temporum felicitatem prosequatur melior orbis, & LEOPOLDVM a DEO datum mirentur omnes P A T R I futurum simillimum & partes virtutum vniuersas exprimentem aliquando. Loquitur oratio tua mores, quibus es prædictus, ingenium quo viges, doctrinam qua ornaris, eloquentiam, qua delectaris; ac loquitur ita , vt nulla in te cultus ac pietatis in SEMPITERNAM DOMVM portio desideretur. Germania vero nostra, quæ veterem illam facundiæ formam amississe credeba-

EPISTOLA GRATVLAT.

tur, vix ut iam agnoscatur, ita illam antiquam effigiem per te recuperare videtur, ut non tam simulacrum aliquod, quam excellentem ac præsentem istius pulcritudinis speciem referre merito iudicetur. Quo ipso doctissime EISENREICHI dignum te reddidisti, qui præstantium adolescentium numero adiungaris, & tua in bonas litteras propensio iis merito commendetur, qui tecum viuunt, & in liberales disciplinas contento simul studio laudabiliter feruntur. Facile enim intelligitur, quam placeat nobis quod ad inuictissimi CAROLI VI. laudes, gloriam ac magnificam virtutum commemorationem pertinet. Est is PRINCEPS omnibus sapientiae ornamentis exultus; nec tantum fauet doctrinæ, sed eam, quoad satis est, animo complectitur: quamlibet, quod difficile, teneat ex ea modum, & regnandi artes cum illo amplissimo litterarum fructu prudentissime coniungat. Cuius rei elegantia vti non est ab hominum conspectu remouenda; ita singulari ratione probamus, quod fecisti, in omnium oculis tantam laudem copiam constituens. Prorsus enim animum

EPISTOLA GRATVLAT.

mum inducimus laudato P A T R E F I L I I et-  
iam dotes populo ostendi, mores futuros depin-  
gi, animi inclinationes indicari, totius mentis  
habitum delineari, ac consequendarum virtu-  
tum filium perbelle proponi spectandum.  
Quid autem dulciss est, quam veritatis adhuc  
reconditæ, sed futuræ tamen pæctefactio? Quæ  
res efficit, vt TE verum existimemus Oratorem,  
quod diuinando vera AVSTRIACAE potentiae  
HAER EDEM tam præclaris coloribus ex-  
tulisti, vt quemadmodum in eo omnia memo-  
rata concurrunt; ita artificii laus non con-  
temnenda penes TE fit. Neminem enim latet,  
quam illa D O M V S floreat æquitate, quam fue-  
rit omnium fere gentium commune perfugi-  
um ac quantis auctib⁹ propagauerit imperi-  
um non nisi yltmis propemodum terræ fini-  
bus terminatum. Et de hac eminenti specie in  
populi litterarii concione eo pæcto differuisti,  
vt non tam probabile dicendo fieret, quod au-  
diuimus; sed certum deprehenderetur, non  
esse huic G E N T I propositum, quam fide &  
benevolentia fulcire regna & virtute tutari  
imperia diuinitus sibi conata. Ita vero cum

b per-

## EPISTOLA GRATVLA T.

peroraueris hanc caussam , & publice verba  
feceris quid mirum , si gloriam consequaris &  
veritatis & in dicendo facultatis in Rhetorum  
officina raro simul reperiundæ? Quocirca ex  
animo non tantum gratulamur TIBI verum  
etiam omnes tui non dissimiles hortamur , vt  
non leues doctrinæ umbras consecutentur , sed  
ad eam potius claritatem admittantur , quam in  
TE multis copiis comitatam non sine animi  
quadam voluptate conspeximus. Neque enim  
deerit occasio. Habet CAROLVS , habet ,  
ELISABETHA CHRISTINA , habebit  
LEOPOLDVS tot præstantissimarum  
rerum decora , vt nunquam laudum , nunquam  
dicendi deficere queat argumentum. Vale &  
nostrî semper memor in eruditionis , quem  
cœpisti , cursu fortunatissime perge. Halæ  
Magdeburgicæ ipfis Kalendis Iunii  
**CIO CIO CEXVI**



2°

Gb 956,



Walter Becker  
Buchbinderei  
Halle, Thüringer Str. 24

VOMA



IVVENIS <sup>CVM</sup> GENEROSVS

AC

VARIA ITIDEM ERVDITIONE ATQVE VIRTUTE ORNATVS

JNES IACOBVS

EISENREICH

NOBILIS HVNGARVS  
SIMI ET INVICTISSIMI IMPE-  
RATORIS ROMANI DOMINI

DOMINI

ROLI VI.

LONGE INDVLGENTISSIMI  
ATQVE HAEREDI FORTVNATISSIMO

OPOLDO

CHIDVCI AVSTRIAEC  
PRINCIPI ASTVRIAEC

FVLGENTISSIMO  
ISSISSIMA ORATIONE

EAQVE LATINA

LLVSTRIA OMNIA ESSET APPRECATUS  
PROBARVNT ORATORIS  
LAVDABILEM  
FFECTVM ATQVE OPERAM

RO·RECTOR

ET

SORES FRIDERICIANAE.

HALAE MAGDEBURGICAE  
CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typ.

